



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Enchiridion Piarvm Meditationvm In Omnes Dominicas,
Sanctorvm Festa, Christi passionem, & cætera**

Busaeus, Johannes

Mogvntiæ, M. DCVI.

8. Dominica LXX. de operariis in vineam missis. Matt. 20.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70978](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70978)

20 MEDITATIONES IN

9. Cor.
11. ties examinas conscientiam, aut confiteris sacerdoti, vt sic zizania seminata ex corde tuo extirpes. Si enim nos hic iudicauerimus, non vtiq; post mortem iudicabimur: si hic illa igne pœnitentiæ combufferimus, ibi non conuicietur in ignem inferni.

DOMINICA LXX.

De operariis in vineam missis.

Matt. 20.

1. **C**ONSIDERA, cur Ecclesia hoc die Alleluia. Gloria, & alia cantica læta omitat vsque ad Pascha; nempe, quia dies sunt luctus, & pœnitentiæ agendæ ob peccata toto anno, vel vita, quæ vltra 70. annos vix durat commissa. Cuius typus fuit 70. anni Babyl. captiuitatis. Quia autem in pœnitentia labor subeundus est, ideo de operariis Euangelium proponitur.

2. **C**ONSIDERA operarios variis horis diei mitti in vineam à Domino; quia alij ad fidem, vel religionem initio, alij in medio vel fine vitæ vocantur. Item ad vitam æternam, alij iuuenes, alij senes, sed nullus mercedem accipit, nisi strenuè laboret, & perseueret vsque in finem. 2. cogita, vineam tuam, esse animam tuam, vel proximi. cu-

ius

DOMINIC. TOTIVS ANNI. 22

ius cultu, vt vitam æternam merearis, 1. vi-
tes sedulo amputa, id est, superflua rescin-
de. Habentes enim quod edamus, & vnde ^{1. Ti.}
vestiamur, contenti esse debemus. 2. alliga ^{6.}
ad stipitem, id est, Christum, implorando
eius gratiam, sine qua nihil possumus fa-
cere. Liga vinculis boni propositi, regula-
rum sodalitatis, vel votis religionis, si id
DEVS inspirat. 3. expone soli, & libenter fer
pondus diei & æstus, sciens feruorem in
bonis operibus Deo gratissimum. 4. im-
pingua pinguedine crebræ confess. pecca-
torum, & S. Eucharistia. *Pinguis enim est Ioan. 6.*
panis Christi, vitam sustentans in æter-
num.

CONSIDERA nouissimos vltima hora vo- 3.
catos eandem mercedem accepisse cum
primis, vt discas Deum profectum nostrum
non metiri diuturnitate temporis, quo ei
feruimus, sed ex studio verarum solidarū-
que virtutum, pura intentione, & zelo ma-
gno ac feruore, deinde quotidiano profec-
tu, contemptu profundo sui & mundi, cō-
formatione voluntatis cum volunt. diuina
in omnibus, aduersis æquè ac prosperis.
Vnde videmus miraculis claros factos et-
iam qui breui tempore sanctè vixerunt.

3. Cogita de illa Christi conclusione. *Mul-*

B. 3. 1129.

ti vocari, paucielecti. quam merito timere debes, nisi paucis bonis te adiungas, id est, angustam viam, de qua Matth. 7. dicitur, quod pauci eam ingrediantur, teneas.

DOMINICA LX.

De semine in terram iacto.

Matt. 13. Luc. 8.

1. **I**ESVS *ad turbas dixit (Exijt qui seminat
seminare semen suum)* Considera Deum, qui nos ad laborem in vineam vocat, etiã semen suum, id est, gratiam & auxilia per varia media, quo bonitatem paternam erga nos declaret, cõmunicare per pulchritudinem cœli & creaturarum, per legem scriptam in cordibus, vel conscientiis, conciones, lectionem, inspirationem, exempla, leges Ecclesiæ, regulas cuiusq; status, vim sacramentorum, monita parentum & praeceptorum, morbos, bella, &c. tu vide, an omnibus usus fueris; & si nullis, fore inexcusabilem.

2. *Et aliud cecidit secus viam, aliud supra
petram, aliud in spinas.* Considera semen bonum agro cordis tui per dicta media in-
rectum tribus de causis posse reddi infructu-
erum. 1. si ad conciones, & alia media,
vel